

# Anzeigebblatt

für die Erzdiözese Freiburg.

N<sup>o</sup>. 25.


Donnerstag, den 27. Dezember

1906.

Decretum vom 20. Dezember 1905 über die öftere Kommunion betreffend.

## S. CONCILII CONGREGATIO DECRETUM

De quotidiana SS. Eucharistiae sumptione.

acra Tridentina Synodus, perspectas habens ineffabiles quae Christifidelibus obveniunt gratiarum divitias, sanctissimam Eucharistiam sumentibus (*Sess. 22, cap. 6*), ait: *Optaret quidem sacrosancta Synodus, ut in singulis Missis fideles adstantes non solum spirituali affectu, sed sacramentali etiam Eucharistiae perceptione communicarent.* Quae verba satis aperte produnt Ecclesiae desiderium, ut omnes Christifideles illo coelesti convivio quotidie reficiantur, et pleniores ex eo sanctificationis hauriant effectus.

Huiusmodi vero vota cum illo cohaerent desiderio, quo Christus Dominus incensus hoc divinum Sacramentum instituit. Ipse enim nec semel nec obscure necessitatem innuit suae carnis crebro manducandae suique sanguinis bibendi praesertim his verbis: *Hic est panis de caelo descendens; non sicut manducaverunt patres vestri manna et mortui sunt: qui manducat hunc panem vivet in aeternum* (Ioan. VI, 59). Ex qua comparatione cibi angelici cum pane et manna facile a discipulis intelligi poterat, quemadmodum pane corpus quotidie nutritur, et manna in deserto Hebraei quotidie refecti sunt ita animam christianam caelesti pane vesci posse quotidie ac recreari. Insuper quod in oratione Dominica exposci iubet *panem nostrum quotidianum*, per id Ss. Ecclesiae Patres fere unanimes panem eucharisticum quotidie sumendum intelligi debere. docent, non tam materialem panem corporis escam, quam

Desiderium vero Iesu Christi et Ecclesiae, ut omnes Christifideles quotidie ad sacrum convivium accedant, in eo potissimum est ut Christifideles, per sacramentum Deo coniuncti, robur inde capiant ad compes-

cendam libidinem, ad leves culpas quae quotidie occurrunt abluendas, et ad graviora peccata quibus humana fragilitas est obnoxia, praecavenda: non autem praecipue ut Domini honori ac venerationi consulatur, nec ut sumentibus id quasi merces aut praemium sit suarum virtutum (S. August *Serm. 57 in Matth., De Orat. Dom. n. 7*). Unde S. Tridentinum Concilium Eucharistiam vocat *antidotum quo liberemur a culpis quotidianis et a peccatis mortalibus praeservemur* (*Sess. 13 cap 2*).

Hanc Dei voluntatem priores Christifideles probe intelligentes, quotidie ad hanc vitae ac fortitudinis mensam accurrebant. *Erant perseverantes in doctrina Apostolorum et communicatione fractionis panis* (*Act., II, 42*). Quod saeculis posterioribus etiam factum esse, non sine magno perfectionis ac sanctitatis emolumento, Sancti Patres atque ecclesiastici Scriptores tradiderunt.

Defervescente interim pietate, ac potissimum postea, Ianseniana lue undequaque grassante, disputari coeptum est de dispositionibus, quibus ad frequentem et quotidianam Communionem accedere oporteat, atque alii prae aliis maiores ac difficiliore, tamquam necessarias, expostularunt. Huiusmodi disceptationes id effecerunt, ut perpauci digni haberentur, qui SS. Eucharistiam quotidie sumerent, et ex tam salutifero sacramento pleniores effectus haurirent; contentis ceteris eo refici aut semel in anno, aut singulis mensibus vel unaquaque ad summum hebdomada. Quin etiam eo severitatis ventum est, ut a frequentanda caelesti mensa integri coetus excluderentur, uti mercatorum, aut eorum *qui essent matrimonio coniuncti.*

Nonnulli tamen in contrariam abierunt sententiam. Hi arbitrati Communionem quotidianam iure divino esse praeceptam, ne dies ulla praeteriret a Communionem vacua, praeter alia a probato Ecclesiae usu aliena, etiam feria VI in parasceve Eucharistiam sumendam censebant, et ministrabant.

Ad haec Sancta Sedes officio proprio non defuit. Nam per decretum huius Sacri Ordinis, quod incipit *Cum ad aures*, diei 12 mensis Februarii anni 1679, Innocentio PP. XI adprobante, errores huiusmodi damnavit et abusus compescuit, simul declarans omnes cuiusvis coetus, mercatoribus atque coniugatis minime exceptis, ad Communionis frequentiam admitti posse, iuxta singulorum pietatem et sui cuiusque Confessarii iudicium. Die vero 7 mensis Decembris anni 1690, per decretum *Sanctissimus Dominus noster* Alexandri PP. VIII, propositio Baii, purissimum Dei amorem absque ullius defectus mixtione requirens ab iis qui ad sacram mensam vellent accedere, proscripta fuit.

Virus tamen iansenianum, quod bonorum etiam animos infecerat, sub specie honoris ac venerationis Eucharistiae debiti, haud penitus evanuit. Quaestio de dispositionibus ad frequentandam recte ac legitime Communionem Sanctae Sedes declarationibus supervixit: quo factum est ut nonnulli etiam boni nominis Theologi, raro et positis compluribus conditionibus quotidianam Communionem fidelibus permitti posse censerint.

Non defuerunt aliunde viri doctrina ac pietate praediti, qui faciliorem aditum praerent huic tam salubri Deoque accepto usui, docentes, auctoritate Patrum nullum Ecclesiae praeceptum esse circa maiores dispositiones ad quotidianam, quam ad hebdomadariam aut menstruam Communionem; fructus vero uberiores longe fore ex quotidiana Communionem, quam ex hebdomadaria aut menstrua.

Quaestiones super hac re diebus nostris adauctae sunt et non sine acrimonia exagitatae; quibus Confessariorum mentes atque fidelium conscientiae perturbantur, cum christianae pietatis ac fervoris haud mediocri detrimento. A viris idcirco praeclarissimis ac animarum Pastoribus SS.mo D.no Nostro Pio PP. X. enixae preces porrectae sunt, ut suprema Sua auctoritate quaestionem de dispositionibus ad Eucharistiam quotidie sumendam dirimere dignaretur; ita ut haec saluberrima ac Deo acceptissima consuetudo non modo non minuatur inter fideles, sed potius augeatur et ubique propagetur, hisce diebus potissimum, quibus Religio ac fides catholica undequaque impetitur, ac vera Dei caritas et pietas haud parum desideratur. Sanctitas vero Sua, cum Ipsi maxime cordi sit, ea qua pollet sollicitudine ac studio, ut christianus populus ad Sacrum Convivium perquam frequenter et etiam quotidie advocetur eiusque fructibus amplissimis potiatur, quaestionem praedictam huic Sacro Ordini examinandam ac definiendam commisit.

Sacra igitur Concilii Congregatio in plenariis Comitibus diei 16 mensis Dec. 1905 hanc rem ad examen accuratissimum revocavit, et rationibus hinc inde adductis sedula maturitate perpensis, ea quae sequuntur statuit ac declaravit:

1. Communio frequens et quotidiana, utpote a Christo Domino et a Catholica Ecclesia optatissima, omnibus Christifidelibus cuiusvis ordinis aut conditionis pateat; ita ut nemo, qui in statu gratiae sit et cum recta piaque mente ad s. mensam accedat, prohiberi ab ea possit.

2. Recta autem mens in eo est, ut qui ad sacram mensam accedit, non usu aut vanitati, aut humanis rationibus indulgeat, sed Dei placito satisfacere velit, ei arctius caritate coniungi, ac divino illo pharmaco suis infirmitatibus ac defectibus occurrere.

3. Etsi quam maxime expediat ut frequenti et quotidiana Communionem utentes, venialibus peccatis, saltem plene deliberatis, eorumque affectu sint expertes, sufficit nihilominus ut culpis mortalibus vacent, cum proposito se nunquam in posterum peccaturos: quo sincero animi proposito, fieri non potest quin quotidie communicantes a peccatis etiam venialibus, ab eorumque affectu sensim se expellant.

4. Cum vero Sacramenta Novae Legis, etsi effectum suum ex opere operato sortiantur, maiorem tamen producant effectum quo maiores dispositiones in iis suscipiendis adhibeantur, idcirco curandum est, ut sedula ad sacram Communionem praeparatio antecedat, et congrua gratiarum actio inde sequatur, iuxta uniuscuiusque vires, conditionem ac officia.

5. Ut frequens et quotidiana Communio maiori prudentia fiat uberiorique merito augeatur, oportet ut Confessarii consilium intercedat. Caveant tamen Confessarii, ne a frequenti seu quotidiana Communionem quemquam avertant qui in statu gratiae reperiatur et recta mente accedat.

6. Cum autem perspicuum sit, ex frequenti seu quotidiana S. Eucharistiae sumptione unionem cum Christo augeri, spirituales vitam uberius alii, animam virtutibus effusius instrui, et aeternae felicitatis pignus vel firmitus sumenti donari, idcirco Parochi, Confessarii et Concionatores, iuxta probatam Catechismi Romani doctrinam (*Pars II, cap. 4, n. 60*) christianum populum ad hunc tam pium ac tam salutarem usum crebris admonitionibus multoque studio cohortentur.

7. Communio frequens et quotidiana praesertim in religiosi Institutis cuiusvis generis promoveatur; pro quibus tamen firmum sit decretum *Quemadmodum* diei 17 mensis Decembris 1890 a S. Congr. Episcoporum et Regularium latum. Quam maxime quoque promoveatur in clericorum Seminariis, quorum alumni altaris inhiant servitio; item in aliis christianis omne genus epebeis.

8. Si quae sint Instituta, sive votorum solemnium sive simplicium, quorum in regulis aut constitutionibus vel etiam calendariis, Communiones aliquibus diebus affixae et in iis iussae reperiantur, hae normae tamquam mere *directivae* non tamquam *praeceptivae* putandae sunt. Praescriptus vero Communionum numerus haberi ut quid minimum pro Religiosorum pietate. Idcirco frequentior vel quotidianus accessus ad eucharisticam mensam libere eisdem patere semper debet iuxta normas superius in hoc decreto traditas. Ut autem omnes utriusque sexus Religiosi huius decreti dispositiones rite cognoscere queant, singularum domorum moderatores curabunt, ut illud quotannis vernacula lingua in communi legatur intra Octavam festivitatis Corporis Christi.

9. Denique, post promulgatum hoc Decretum, omnes ecclesiastici scriptores a quavis contentiosa disputatione circa dispositiones ad frequentem et quotidianam communionem absteineant.

Relatis autem his omnibus ad SS. mun. D. N. Pium PP. X per infrascriptum S. C. Secretarium in audientia diei 17 mensis Decembris 1905, Sanctitas Sua hoc E. morum Patrum decretum ratum habuit, confirmavit atque edi iussit, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Mandavit insuper ut mittatur ad omnes locorum Ordinarios et Praelatos Regulares, ad hoc ut illud cum suis Seminariis, Parochis, Institutis religiosis et Sacerdotibus respective communicent, et de executione eorum, quae in eo statuta sunt, S. Sedem edoceant in suis relationibus de Dioecesis seu Instituti statu.

Datum Romae, die 20 Decembris 1905.

† VINCENTIUS, Card. Episc. Praenest., *Praefectus*.  
L. + S. CAIETANUS DE LAL, *Secretarius*.

\* \* \*

Decreto huic S. Congregationis Concilii d. 20. Decembris anni 1905 „de quotidiana SS. Eucharistiae sumptione“ lato, quod cum Reverendo Clero nostro communicamus, simul cum Reverendissimis et Illustrissimis Episcopis qui quotannis Fuldam convenire solent sequentem instructionem adiungimus :

1. Nemo non videt, quantam quam gravem vim et efficaciam decretum istud habeat. Quippe quae toties de conditionibus, quae ad quotidianam Communionem necessariae sint, a theologis disceptata est quaestio, iam hac authentica declaratione soluta est ita ut nil aliud ad eandem necessarium sit, quam status gratiae rectaque ac pia mens in eo sita ut communicaturus non usu, aut vanitate, aut humanis rationibus adductus, sed solummodo ut animae suae salutis atque profectui consulat, ad sacram mensam accedat (decr. cit. 1<sup>o</sup> et 2<sup>o</sup>).

2. Ac primum quidem notandum est eam, quae hactenus a compluribus doctoribus atque imprimis a S. Alfonso ad hunc finem requirebatur, immunitatem a peccato veniali atque adeo ab

affectedu eiusdem, quamvis optanda atque sollerter a confessariis curanda ac promovenda sit, tamen nequaquam uti necessariam conditionem censi posse. Immo hoc tenendum erit, ipsa S. Communionis, si recta mente fiat, frequentia animam a peccatorum eiusmodi macula atque a propensione ad ea patrandam in dies magis magisque mundatum iri: cum hoc Sanctissimum Sacramentum sit „antidotum quo liberemur a culpis quotidianis et a peccatis mortalibus praeservemur.“ (Trid. sess. XIII. cap. 2. — decr. cit. 3<sup>o</sup>).

3. Jam vero idem statuendum est de assiduitate in meditationis exercitio peragendo, quam item complures uti necessariam pro iis requirebant qui quotidie sacrae mensae assidere vellent. Certe quorum „vires, conditio et officia“ ita ferunt (decr. cit. 4<sup>o</sup>), ad hunc pium ac salutarem usum diligenter hortandi erunt; immo omnes ita communicaturi de internae quae dicitur orationis vi et indole ac de spiritu orationis animique collecti salubri usu nutriendo probe doceantur moneanturque praecipue, ut ante et post S. Communionem non tam ore conceptisque verbis quam mente et affectu cum Domino conversari assuescant. Attamen methodica quae vocatur meditatio, qualis in libris asceticis describitur cum praeludiis, exercitio memoriae, intellectus, voluntatis, cum colloquiis et debita conclusionibus, quantumvis bona multumque proficua, haudquaquam instar conditionis necessariae requirenda est, praesertim cum non paucis, rudioribus praecipue, admodum difficilis evadat.

4. Advertant Confessarii, suum in hoc sancto negotio munus esse fidelibus non tam Communionem quotidianam concedere quam iisdem in hoc pio exercitio bene exequendo consilium dare, pro viribus invigilare, ne quis sine recta piaque mente ad s. mensam accedat (decr. cit. 1<sup>o</sup>). Quippe ubi conditiones requisitae adsunt, Confessario haud licet cuiquam Communionem quotidianam denegare (ibid. 5<sup>o</sup>). Attamen ubi „recta mens“ non habeatur, immo perspicuum sit paenitentem „vanitati“ inservire vel solummodo „usum aliorum“ insequi aliisve „humanis rationibus“ moveri (ibid. 2<sup>o</sup>), ita ut frequenti accessu ad sacram mensam animo non fortior, sed debilior fiat, teporemque et animi dissolutionem induatur, praesertim si ob Communionis frequentiam insolescat atque superbiat de eaque devotularum more libenter apud alios verba faciat, non devotionem veram, sed devotionis umbram solum et imaginem insectans, denique ubi prudenter timendum sit ne paenitens per quotidianum accessum levitatis aut irreverentiae periculum incurrat: tunc vero Confessarii erit paenitentem corrigere adque ad frugem revocare eundemque, ni resipiscat, a sacrae mensae frequentiori aut quotidiano accessu arcere.

5. Per se patet decretum de quo agitur imprimis in religiosis domibus vim et efficaciam habiturum (decr. cit. 7<sup>o</sup>). Quamquam quae priori decreto a S. Congregatione Epporum et Regularium die 17. Dec. 1890 dato, quod verbo „Quemadmodum“ incipit, statuta fuere, in vigore pristino manebunt (ibid.); itaque si quae e personis religiosis cum consilio Confessarii quotidie ad S. mensam accedere velit, ea Superiorem vel Superiorissam de hac re moneat oportebit. Sane, quae est in nostris religiosis communitatibus disciplina observantiaque regularis, frequentioris atque adeo quotidianae Communionis usus in iisdem, vi huius decreti, in posterum sine dubio multum accrescet atque amplius in dies diffundetur. Quae res ut cum fructu animarum fiat, Confessarii singularum domuum poenitentes iterum iterumque hortentur, ut quo frequentius caelesti pane reficiantur eo maiorem in adipiscenda religiosa perfectione fervorem acquirere et orationis assiduitatem, spiritus recollectionem, oboedientiam, caritatem, humilitatem caeterasque virtutes, quae religiosam personam decent, colere aliisque quibuscum vivunt bono semper exemplo praelucere studeant. Quodsi quis aut quae ex iis, quibus quotidiana Communio in usu est, post ultimam sacramentalem Confessionem communitati scandalo fuerit aut gravem externam culpam patraverit, vi decreti „Quemadmodum“ (Nr. V) Superiori vel Superiorissae fas erit eosdem a sacra mensa arcendi, donec ad Confessarii tribunal denuo accesserint. Ipsum vero hoc de quotidiana SS. Eucharistiae sumptione decretum in linguam vernaculam translatum, prouti huic instructioni adiungitur, in singulis domibus religiosis nostrae iurisdictioni subiectis mox, ubi Superiores illud a nobis missum receperint, publice coram tota communitate clara voce legendum erit ac deinceps quotannis infra Octavam Festi Corporis Christi eodem modo legatur (decr. cit. 8<sup>o</sup>).

6. Atque etiam in Seminariis clericorum cum minoribus tum vero maioribus posthac maiori cura Sacrae Communionis frequentia promovenda erit (decr. cit. 7<sup>o</sup>). Quippe alumni pro re narrata tam in conditionibus communibusque exhortationibus quam in sede confessionali suaviter ac prudenter invitandi erunt ut statutis fixisque in qualibet domo Communionibus haud contenti frequentius pane eucharistico reficiantur, sive singulis quindenis vel hebdomadibus, sive compluries per hebdomadem, sive etiam quotidie — id quod nominatim ab alumni ultimi qui Sacrum Presbyteratus Ordinem praecedat iam expectari poterit — communicaturi. Neque in aliis tam puerorum quam puellarum ephebaeis frequentior usus Sacrae Communionis a Sacerdotibus ad quos eorum cura spectat neglegendus erit (ibid.); attamen ibi maiori iam prudentia ac cautione uti oportebit, ne recta mens in hac tam gravi tam ponderosa re deficiat, ne humanae rationes apud

pueros puellasque praevaliant, ne quod alumni, dum sub tutela magistrorum sunt, facile arripiunt, postea abiciant, animi teporem induant, pro frequentia Sacramentorum negligentiae in iisdem percipiendis assuescant.

7. Ceterum nec fideles qui in saeculo vivunt, ne ii quidem qui coniugati sunt vel qui saecularibus negotiis quantumvis variis ac multis implicantur, a frequenti atque adeo quotidiana S. Communionis perceptione arcendi, immo ad eandem suaviter ac prudenter invitandi sunt, dummodo a peccato mortali immunes recta mente accedant (decr. cit. 1<sup>o</sup> et 6<sup>o</sup>). Quamquam perspicuum est hanc salutarem consuetudinem apud homines saeculares non ita frequentatum iri nec frequentari posse quam in domibus religiosis aut in Seminariis Clericorum. Ergo Sacerdotes qui curam animarum gerunt diligenter hac occasione oblata utantur ut fideles omnes maiori in dies studio zeloque ferventiori, sive in pulpito sacro sive in tribunali Confessionis, ad frequentiore usum S. Communionis adhortentur. Quodsi ne de ipsa quidem quotidiana Communionem deque conditionibus ad eandem requisitis silere debent, immo eandem cum prudenti moderamine ac provida discretionem commendabunt ac pro viribus promovebunt: certe, hac mente Ecclesiae de multiplicando in posterum largiusque quam prius distribuendo pane caelesti perspecta, diligentiori iam quam antea cura in id incumbunt: primum ne quis ex fidelibus sibi commissis sola Communionem paschali contentus sit; dein ut Communionem quae generales dicuntur quaeque a sociis variarum confraternitatum, sodalitatium, aliorum coetuum compluries in anno usurpari solent, a sociis omnibus frequententur ac, si fieri possit, multiplicentur; tum ut menstruae atque hebdomadariae Communionis usus itemque Communionis quae spiritualis dicitur salutare exercitium a S. Tridentina Synodo (sess. 13 cap. 8; sess. 22 cap. 6) commendatum apud fideles crebescat; postremo ut generatim fides reverentia, amor erga SS. Eucharistiae Sacramentum ubique et apud omnes augeatur, diffundatur, perficiatur. Quodsi Sacerdotes Domini in hunc sensum assiduum fidelemque operam dabunt, sperandum erit eos sua sponte obtenturos ut et ipsa quotidianae S. Communionis saluberrima consuetudo, quae Ecclesiae tantopere in votis est, apud plures in dies Deo favente celebretur.

8. Denique hoc in aperto est, Ecclesiae desiderium de amplificando augendoque usu eucharistici panis imprimis a Sacerdotum zelo ac pietate pendere, utpote quibus commissum sit hunc caelestem cibum fidelibus praeparare ac distribuere. Itaque hoc loco omnes quotquot nostrae iurisdictioni subsunt Sacerdotes vehementer in Domino monemus et obsecramus ut, faciliori iam ac suaviori ad sacram mensam aditu a pia Matre Ecclesia parato, et ipsi maiori in posterum devotione erga SS. Sacramentum afficiantur eiusque amore in dies ferventius incalescant. Profecto, quae Sancta

Apostolica Sedes de hac materia decrevit ea sunt ut etiam nobis Sacerdotibus consolationem magnam animique haud sane spernendum levamen afferant. Quippe etiam ad nos, qui quotidie ad aram facimus Agnum Immaculatum divinae Maiestati offerentes oblatumque in sacra Communione in cibum animae sumentes, id quod nunc authentice declaratum est spectat, ad quotidianum S. Communionis usum sufficere immunitatem a gravi peccato cum recta piaque mente coniunctam. Quae quantumvis consolatoria maxime nobis sint aptaque ad scrupulos qui obvenire possint eximendos, tamen ne umquam obliviscamur, fratres carissimi, frequentioris aut quotidianae Communionis finem ac fructum in eo situm esse ut communicaturi a gravibus peccatis arceantur, ut leviora devitent, ut carnis lasciviam compescant, ut Christo Domino uniti, eius virtutes induti vitaque Christi viventes vivam Christi Domini effigiem in se repraesentent. Quod si nostrum est in sacro tribunali pios fideles ad sacrae Communionis frequentiam aspirantes in hunc modum monere, certo certius nos, qui Sacerdotes Domini nominamur, prae omnibus hunc ex divini panis quotidiana refectioe fructum capiamus, hunc finem assequamur oportet. Ergo, fratres, quibus datum est ut „tremendum sacrificium“ quotidie Sanctissimae Trinitati offeratis, „agnoscite quod agitis, imitamini quod tractatis“ (Pont. Rom. in ordin. presbyteri). Casto semper animo ab omnique graviori labe puro ad aram accedite; orationem praemittite; cum vera fide, cum magna reverentia, cum fervore caritatis hostiam immaculatam offerte ac sumite; debitam gratiarum actionem ne umquam omittite; saepius per diem vos hodie panis caelestis participes effectos esse recordamini; quotidianam SS. Sacramenti visitationem ne omittite; Dominum, qui per sacram Communionem in vobis manet, in quo vos manere debetis (Joan. 6, 57), praee oculis habete; eius vestigia premite, virtutes exprimit, ab eo discentes quomodo conversandum, quomodo in cura animarum laborandum sit. Tunc vere Sacerdotes Domini eritis, quotidiana cibi eucharistici perceptione „in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi“ (Pont. Roman. ibid.) mutati atque in dies perfectius mutandi; „conscientia pura, fide vera, Spiritu Sancto pleni“ (ibid.); „in omni opere bono fructificantes“ [(Col. 1, 10); pastores animarum ad instar Pastoris aeterni eiusque sub speciebus eucharisticis amore hominum] latentis germani apostoli.

\* \* \*

Monemus RR. Parochos ac Confessarios ut de decreto ipso deque instructione adnexa saepius, praesertim in conferentiis pastoralibus, inter se tractent ut, quoad fieri possit, aequabilis in re tam ponderosa agendi ratio servetur eorumque qui cum in sacro

ministerio tum in vita spiritali magis experti sunt prudenti intelligentique consilio ii qui iuniores sunt rei que minus periti Sacerdotes apte doceantur adque inventur.

Friburgi Brig., 6. Decembris 1906.

† Thomas, archiepiscopus.

### Dekret der hl. Kongregation des Konzils über die Erfordernisse für den täglichen Empfang der hl. Kommunion.

Der h. Kirchenrat von Trient, überzeugt von den un-  
ausprechlichen Gnadenreichtümern, welche den Gläubigen durch den Genuß der hl. Kommunion zu teil werden, sagt in der 22. Sitzung, Kapitel 6: „Freilich wäre es der Wunsch des hl. Kirchenrates, daß in allen Messen die bewohnenden Gläubigen nicht bloß geistlicher Weise kommunizieren, sondern auch die wirkliche sakramentale Kommunion empfangen möchten.“ Diese Worte bekunden deutlich genug das Verlangen der Kirche, es möchten alle Christgläubigen durch dieses himmlische Mahl täglich sich stärken und immer reichlichere Früchte der Heiligung aus ihm schöpfen.

Ein solcher Wunsch der Kirche beruht aber auf dem Verlangen, welches Christus den Herrn zur Einsetzung des allerheiligsten Sakramentes bewog. Denn wiederholt und ganz klar gab er zu erkennen, daß es notwendig sei, häufig sein Fleisch zu essen und sein Blut zu trinken, besonders als er die Worte sprach: „Dies ist das Brot, welches vom Himmel herabgekommen ist, nicht wie das Manna, das eure Väter geessen haben und gestorben sind. Wer dieses Brot isst, wird ewig leben.“ (Joh. 6, 59.). Aus diesem Vergleiche der himmlischen Speise mit dem Brote und dem Manna konnten die Jünger leicht erkennen: wie der Leib mit dem Brote täglich genährt wird, und wie durch das Manna die Israeliten in der Wüste täglich gestärkt wurden, so kann die christliche Seele das Himmelsbrot täglich zu ihrer Erquickung genießen. Wenn ferner Christus uns vorschreibt, im Vaterunser um unser tägliches Brot zu bitten, so lehren die hh. Väter fast einstimmig, es sei hier nicht so sehr das gewöhnliche Brot, die Speise des Leibes, zu verstehen, als vielmehr die täglich zu genießende Speise des h. Sakramentes.

Wenn nun Jesus Christus und die Kirche wünschen, alle Christgläubigen möchten täglich zum Tische des Herrn hinzutreten, so beabsichtigten sie hierbei hauptsächlich, daß die Christgläubigen, durch das allerheiligste Sakrament mit Gott verbunden, Kraft erlangen, um die Begierlichkeit im Zaume zu halten, um die täglich vorkommenden lässlichen Fehler zu tilgen und die schweren Sünden, die der menschlichen Schwäche drohen, zu verhüten. Nicht aber bezwecken sie an erster Stelle, daß dadurch die Ehre und Verherrlichung des Herrn gefördert werde, auch nicht, daß die tägliche Kommunion gleichsam eine Belohnung oder eine Anerkennung für die Tugend derer sein solle, die sie empfangen, (S. August. Sermo 57 in Matth. De orat. dom. n. 7)

Deshalb nennt der hl. Kirchenrat von Trient das hl. Sakrament „eine Arznei, durch welche wir von den täglichen Verschuldungen befreit und vor der Todsünde bewahrt werden.“ (Sess. 13, cap. 2).

Diese Absichten Gottes richtig erfassend nahen sich die ersten Christen mit Eifer täglich dem Tische des Herrn, um Leben und Kraft zu schöpfen. „Sie verharrten“, so berichtet die Apostelgeschichte (2, 42), „in der Lehre der Apostel und in der Gemeinschaft des Brotbrechens“. Daß ein Gleiches auch in den folgenden Jahrhunderten geschah, und zwar nicht ohne großen Gewinn für Vollkommenheit und Heiligkeit, bezeugen die hh. Väter und die kirchlichen Schriftsteller.

Als dann in den Folgezeiten die Frömmigkeit allmählich abnahm, und besonders als später die verderbliche Lehre der Jansenisten sich verbreitete, begann man zu streiten über die Bedingungen, welche für die häufige und namentlich für die tägliche Kommunion erforderlich seien, wo dann die einen noch größere und schwierigere Anforderungen stellten als die anderen. Diese Streitigkeiten hatten zur Folge, daß nur wenige für würdig gehalten wurden, täglich die hl. Kommunion zu genießen und reichlichere Gnadenwirkungen aus diesem so heilbringenden Sakramente zu schöpfen, während die übrigen zufrieden sein mußten, dasselbe einmal im Jahre oder jeden Monat oder höchstens jede Woche zu empfangen. Ja man ging in der Strenge soweit, daß ganze Stände von dem häufigeren Empfange des hl. Sakramentes ferngehalten wurden, z. B. die Kaufleute oder die Verheirateten.

Andererseits gingen einige auch nach der entgegengesetzten Richtung zu weit. Sie hegten die Ansicht, die tägliche Kommunion sei durch ein göttliches Gebot zur Pflicht gemacht. Damit nun kein Tag ohne Kommunion bliebe, lehrten sie, abgesehen von manchen anderen Stücken, in denen sie von der bewährten Übung der Kirche abwichen, daß sogar am Karfreitag die hl. Kommunion empfangen und gespendet werden müsse.

Demgegenüber waltete der Heilige Stuhl treu seines Amtes. Durch Dekret dieser h. Kongregation vom 12. Februar 1679, welches mit den Worten *Cum ad aures* beginnt und von Papst Innocenz XI. genehmigt wurde, verurteilte er die genannten Verirrungen und stellte die Mißbräuche ab, indem er zugleich erklärte, daß alle Christen ohne Unterschied des Standes, auch die Kaufleute und die Verheirateten nicht ausgenommen, zur häufigen Kommunion zugelassen werden könnten, entsprechend der Frömmigkeit der einzelnen und nach dem Urteile des Bischofs. Ferner wurde am 7. Dezember 1690 von Papst Alexander VIII. durch das Dekret *Sanctissimus Dominus noster* der Satz des Bajus verworfen, in welchem es hieß, die reinste Gottesliebe ohne Beimischung irgend welcher Unvollkommenheit sei von denen zu verlangen, die zum Tische des Herrn gehen wollten.

Indessen das Gift des Jansenismus, das uner dem Vorwand der dem hl. Sakramente geschuldeten Ehrfurcht und Hochachtung auch die Gemüter guter Christen ange-

steckt hatte, verschwand noch nicht gänzlich. Die Streitfrage über die zu einem erlaubten und rechtmäßigen häufigeren Empfang der hl. Kommunion erforderlichen Bedingungen überdauerte die Entscheidungen des Heiligen Stuhles. So kam es, daß auch einzelne Gottesgelehrte besten Rufes die Ansicht äußerten, selten und nur nach Erfüllung einer Reihe von Bedingungen könne die tägliche Kommunion gestattet werden.

Sinwiederum fehlte es aber auch nicht an Männern von hervorragender Wissenschaft und Frömmigkeit, welche diese so heilsame und Gott so wohlgefällige Übung leichter machten, indem sie, gestützt auf das Ansehen der hh. Väter, lehrten, durch keine kirchliche Vorschrift werde für die tägliche Kommunion eine weitergehende Vorbedingung erfordert als für die wöchentliche und monatliche; dagegen seien die Früchte der täglichen Kommunion viel reichlicher als die der wöchentlichen und monatlichen.

Die Streitigkeiten bezüglich dieser Frage haben sich in unseren Tagen noch vermehrt und sind nicht ohne Schärfe geführt worden, so daß das Urteil der Bischöfe und das Gewissen der Gläubigen getrübt wird, nicht zum geringen Schaden des christlichen Frommsinns und Eifers. Von angesehenen Männern und von Bischöfen ist daher unserem Heiligen Vater Pius X. die dringende Bitte vorgetragen worden, er möchte kraft seiner obersten Gewalt die Frage über die Erfordernisse für die tägliche Kommunion zur Entscheidung bringen, sodaß diese gnadenreiche und gottgefällige Übung unter den Gläubigen nicht nur nicht abnehme, sondern vielmehr wachse und überall sich verbreite, zumal in unseren Tagen, wo die Religion und der katholische Glaube von allen Seiten angegriffen und wo die wahre Gottesliebe und Frömmigkeit so vielfach vermisst wird. Der Heilige Vater, dem es bei seiner Hirtenfürsorge und seinem Seeleneifer sehr am Herzen liegt, daß das christliche Volk recht oft, ja täglich zum Tische des Herrn eingeladen werde und seiner reichlichen Früchte sich teilhaftig mache, überwies die vorgenannte Frage zur Prüfung und Entscheidung an diese hl. Kongregation.

Demgemäß hat die hl. Kongregation des Konzils in der Vollversammlung vom 16. Dezember 1905 den vorgelegten Gegenstand einer sehr sorgfältigen Prüfung unterworfen und nach reiflicher Erwägung der Gründe für und wider folgende Entscheidungen und Bestimmungen getroffen:

1. Da die häufige und tägliche Kommunion Christo dem Herrn und der katholischen Kirche so sehr erwünscht ist, soll der Weg zu ihr allen Christgläubigen ohne Unterschied des Standes oder der Lebensverhältnisse offen stehen, in der Weise, daß niemand vom Tische des Herrn zurückgehalten werden könne, wosfern er im Stande der Gnade ist und mit rechter und frommer Absicht hinzutritt.

2. Die rechte Absicht aber ist dann vorhanden, wenn der Kommunizierende nicht durch Gewohnheit oder Eitelkeit oder menschliche Beweggründe sich leiten läßt, sondern den Willen hat, dem Wohlgefallen Gottes zu entsprechen, ihm

inniger durch die Liebe verbunden zu werden und durch diese göttliche Arznei seine Schwachheiten und Fehler zu heilen.

3. Wenngleich es im höchsten Grade ratsam ist, daß die häufig und täglich Kommunizierenden von läßlichen Sünden, wenigstens den ganz freiwilligen, und von der Anhänglichkeit an dieselben frei seien, so genügt es doch, daß sie frei sind von Todssünden und den Vorsatz haben, in Zukunft niemals mehr zu sündigen. Wenn dieser aufrichtige Vorsatz vorhanden ist, dann kann es nicht ausbleiben, daß die täglich Kommunizierenden auch von den läßlichen Sünden und der Anhänglichkeit an dieselben sich nach und nach befreien.

4. Weil indessen die Sakramente des Neuen Bundes, obwohl sie durch ihre eigene Kraft wirken, dennoch eine desto größere Frucht hervorbringen, je größere Sorgfalt beim Empfange derselben verwandt wird, so soll man Sorge tragen, daß der hl. Kommunion eine sorgsame Vorbereitung vorausgehe und eine angemessene Dankagung folge, entsprechend den Kräften, Verhältnissen und Berufspflichten des Einzelnen.

5. Damit die häufige und tägliche Kommunion mit größerer Vorsicht stattfinden und ihr Verdienst gemehrt werde, ist der Rat des Beichtvaters erforderlich. Die Beichtväter aber sollen sich hüten, daß sie jemanden von der häufigen und täglichen Kommunion zurückhalten, der im Stande der Gnade ist und mit der rechten Absicht zum Tische des Herrn gehen will.

6. Da ohne Zweifel durch den häufigen und täglichen Genuß des hl. Sakraments die Vereinigung mit Christus inniger gestaltet, das geistliche Leben reichlicher genährt, die Seele in höherem Maße mit Tugenden ausgestattet und ein desto sichereres Unterpfand der ewigen Seligkeit dem Empfänger verliehen wird, so sollen die Pfarrer, Beichtväter und Prediger nach der bewährten Lehre des Römischen Katechismus (Teil II. K. 63) das christliche Volk zu diesem so frommen und heilsamen Brauche häufig und nachdrucksvoll ermahnen.

7. Die häufige und tägliche Kommunion werde namentlich in den religiösen Genossenschaften jedweder Art gefördert; für dieselben bleibt jedoch das Dekret Quemadmodum der hl. Kongregation für die Angelegenheiten der Bischöfe und

Ordensleute vom 17. Dezember 1890 in Kraft. Ganz besonders werde sie auch gefördert in den Alexikalseminarien, deren Zöglinge sich auf das Priestertum vorbereiten, ebenso in anderen christlichen Erziehungsanstalten jeglicher Art.

8. Sollte in den Regeln oder Konstitutionen oder auch in den Kirchenkalendern religiöser Genossenschaften mit feierlichen oder einfachen Gelübden der Empfang der hl. Kommunion an einzelne Tage geknüpft und für diese vorgeschrieben sein, so haben diese Anweisungen nur als Rat, nicht als Gebot zu gelten. Die vorgeschriebene Zahl der Kommunionen aber muß aufgefaßt werden als das geringste Maß für die Frömmigkeit der betreffenden Ordensleute. Daher muß ihnen die Möglichkeit, noch häufiger oder auch täglich zur hl. Kommunion zu gehen, stets offen bleiben, gemäß den in diesem Dekrete aufgestellten Grundsätzen. Damit ferner alle Ordensleute beiderlei Geschlechtes die Bestimmungen des gegenwärtigen Dekretes genau kennen lernen, sollen die Vorsteher der einzelnen Häuser dafür sorgen, daß dasselbe jedes Jahr während der Oktav des Fronleichnamsfestes in der Landessprache vor der gesamten Gemeinde verlesen werde.

9. Endlich soll nach Verkündigung dieses Dekretes von den kirchlichen Schriftstellern über die für die häufige und tägliche Kommunion erforderlichen Bedingungen in keiner Weise mehr gestritten werden.

Nachdem das Vorstehende alles dem Heiligen Vater Pius X. durch den unterzeichneten Sekretär der hl. Kongregation in der Audienz vom 17. Dezember 1905 vorgelesen worden, hat Se. Heiligkeit dem Dekrete seine Zustimmung und Bestätigung gegeben und dessen Veröffentlichung angeordnet, und zwar so, daß alles und jedes etwa Entgegenstehende außer Kraft gesetzt ist. Zudem verfügte er, das Dekret solle an alle Bischöfe und Ordensoberen gesandt werden mit der Weisung, dasselbe ihren Seminarien Pfarrer, Ordensinstituten und Priestern bekannt zu machen und über die Ausführung der darin enthaltenen Vorschriften den Heiligen Stuhl in ihren Berichten über den Zustand der Diözese und der Ordensgenossenschaft in Kenntnis zu setzen.

Gegeben zu Rom, am 20. Dezember 1905.

Vincenzius, Kardinal-Bischof von Palestrina, Präjekt.

Gajetanus De Lai, Sekretär.

Indem Wir obiges Dekret veröffentlichen und den religiösen Genossenschaften mitteilen, mag es nützlich sein noch folgende Bemerkungen anzuführen:

1. Es ist nunmehr von der obersten kirchlichen Autorität entschieden, welche Voraussetzungen zur öfteren, ja täglichen Kommunion erforderlich sind, nämlich der Stand der heiligmachenden Gnade und die rechte Absicht.
2. Es ist ferner ausgesprochen, daß die öftere und tägliche hl. Kommunion nicht als Belohnung für schon erworbene Tugendhaftigkeit betrachtet werden soll, sondern als Mittel, um in der Liebe Gottes zu wachsen, und als göttliche Arznei gegen die Schwachheiten und Sünden.

3. Auch in Zukunft wird in der Frage wegen der öfteren und täglichen hl. Kommunion der Beichtvater entscheidend mitbeteiligt sein, indem vielfach sein durch theologische Bildung und reiche Erfahrung gereiftes Urteil den Gläubigen eine Beruhigung des Gewissens, ja öfters ein Bedürfnis sein wird, sowie er auch in die Lage kommen kann, gegen öftere Zulassung zu entscheiden, wenn nämlich sichere Zeichen auf den Mangel der geforderten zwei Voraussetzungen schließen lassen.

4. Es ist nicht die Absicht des Dekretes, die tägliche Kommunion zu gebieten, sondern die öftere und auch tägliche Kommunion als großes Heiligungsmittel zu fördern.

Insbesondere soll die öftere Zulassung zur hl. Kommunion bei den Mitgliedern der tätigen Orden nicht Anlaß werden, die Erfüllung notwendiger anderer Pflichten zu beeinträchtigen.

Die Vorstehungen aller weiblichen Ordensgenossenschaften und Stationen werden veranlaßt, obiges Dekret nebst unsern angeführten Bemerkungen sofort nach Empfang und jährlich während der Oktav des hl. Fronleichnamstages ihren Kommunitäten vorzulesen.

Freiburg, den 7. Dezember 1906.

† Thomas, Erzbischof.

### Pfründeauschreiben.

Nachstehende Pfründen werden anmit zur Bewerbung ausgeschrieben:

#### I.

**Herbolzheim**, Dekanats Lahr, mit einem Einkommen von 2004 *M.* außer 310,78 *M.* für Abhaltung von 246 gestifteten Fahrtagen, wovon zwei Fahrtage mit 1,38 *M.* Gebühren auf der Pfarrei selbst ruhen, und außer 240 *M.* für besondere kirchliche Einrichtungen einschließlich der Vergütung von 210 *M.* für Abhaltung der sonn- und feiertäglichen Frühmesse.

Auf der Pfarrei ruht die Verbindlichkeit, einen Vikar zu halten und zu salarieren im Anschlag von 937 *M.*, da im Falle der Vikarshaltung die Gemeinde noch rund 16 Ster Holz im Aufwand von 163 *M.* liefert, welche in obigem Einkommen nicht eingerechnet sind.

Die Bewerber um diese Pfründe haben ihre mit den vorgeschriebenen Zeugnissen belegten und an Seine Königl. Hoheit den Großherzog gerichteten Bittgesuche um Präsentation vonseiten Allerhöchstdesselben innerhalb vier Wochen bei Großherzoglichem Ministerium der Justiz, des Kultus und Unterrichts einzureichen.

#### II.

**Krauchenwies**, Dekanats Sigmaringen, mit einem Einkommen von 2619 *M.* nach der Fassion vom 1. April 1899.

#### III.

**Sigmaringendorf**, Dekanats Sigmaringen, mit einem Einkommen von 1920 *M.* nach der Fassion vom 1. April 1899.

#### IV.

**Bilsingen**, Dekanats Sigmaringen, mit einem Einkommen von 3069 *M.* nach der Fassion vom 1. April 1899.

Die Bewerber um diese Pfründen haben ihre mit den vorgeschriebenen Zeugnissen belegten und an Seine Hoheit den Fürsten Wilhelm von Hohenzollern gerichteten Bittgesuche um Präsentation innerhalb vier Wochen durch ihre vorgesetzten Dekanate bei der Fürstlich Hohenzollernschen Hofkammer in Sigmaringen einzureichen.



### **Pfründebesezung.**

Die kanonische Institution hat erhalten am:

9. Dezember: Franz Kuhn, Pfarrer in Neckargerach, auf die Pfarrei Eisentäl.

---

### **Ernennungen.**

Vom Landkapitel Offenburg wurden Stadtpfarrer Rudolf Seelinger in Oberkirch zum Kammerer und Pfarrer Joseph Winkler in Nußbach zum Definitor gewählt. Dieselben erhielten unterm 12. Dezember l. J. die kirchenobrigkeitliche Bestätigung.

---

### **Versezungen.**

10. Dezember: Alfons Schlegel, Vikar in Oberried, i. g. E. nach Ottersweier.  
10. " Joseph Friedrich Blum, Vikar in Ruff, i. g. E. nach Durmersheim.  
12. " Emil Biellmann, Vikar in Pforzheim, als Kaplaneiverweser nach Werbach.  
17. " Karl David, Präsekt im Erzbischöflichen Gymnasialkonvikt Tauberbischofsheim, als Vikar nach Pforzheim.  
20. " Karl Wilhelm Ehrler, Vikar in Kirchhofen, als Kaplaneiverweser daselbst.
- 

### **Mesnerdienst-Versezungen.**

Als Mesner wurden von dem Erzbischöflichen Ordinariate bestätigt:

29. November: Landwirt Isidor Henkel als Mesner an der Pfarrkirche zu Mäggingen.  
29. " Landwirt Johann Rolle als Mesner an der Kapelle in Wittenhofen.  
29. " Landwirt Karl Boll als Mesner an der Kapelle in Wendlingen.
-

